



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et  
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.  
Canonum Ordinarii Professoris**

**Laymann, Paul**

**Dilingæ, 1666**

Capitvlvm II. Inter.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](#)

iales; nisi beneficia habeant in titulum, ratione quorum ad residentiam obligentur. Cavendum tamen est, si ob criminis conscientiam, vel suspicionem discedant, ne tanquam boni, & probati commendentur. In genitum loquendo, merè testimoniales dari debent, si commendatione digni non sint. Ad canones supra allegatos respondet, maiores fuisse olim, cum pauciores clerici & omnes intitulati essent, permanendi, & sine ius su Episcopi ab Ecclesia sua non discedendi obligationem.

## CAPITVLVM II.

Inter.

## PARAPHRASIS.

Constantinopolitanus Patriarcha quæsivit ex Innoc. III. virum clericos, qui sine Ordinatorum suorum literis dimissorijs, aut testimonialibus adueniunt, si juramento confirmare parati sint, quod hos vel illos ordines legitimè suscepserint, ad Superiores ordines promouere licet possit. Respondet Papa, Sialia documenta ordinations acceptæ non exhibeant, ordinandos non esse: præsertim si nequum eorum probitas cognita est.

## SUMMARIUM.

1. *Iuramentum per se solum non sufficit ad aliquid ostendendum, præsertim si homo ignotus aut suspectus sit.*
2. *Amisso literarum dimissoriarum, uti ipsa accepta ordinatio clerici potest per testes legitimos probari; tamen tamen sit, talem ab ipsius Ordinum suspendere, dum alias ab Ordinatore suo impetrat.*

**N**O T A N D V M I. *Iuramentum per se solum non sufficit ad aliquid ostendendum, præsertim si homo ignotus, aut suspectus sit. Nam iuramentum communiter defetur in subsidium probationis: Ergo si qualibet extrinseca, v.g. ordinatio suscepta, qua-*

non presumitur, astrui & probari debeat, non sufficit solum iuramentum.

**N**O T A N D V M II. *Si Clericus dicat se dimissorias seu formatas amisisse, possunt ex literæ, sicuti & ipsa accepta ordinatio, per testes legitimos probari. Ita habetur in c. cum olim, 12. in fine, de priuil. & tradit GL h[ab]it, ver. per argumenta. Tuitius tamen erit in hoc casu hominem interim suspendere ab ordinatione, donec alias literas, si id fieri possit, ab ordinatore suo impetrat.*

## CAPITVLUM III.

Tux.

## PARAPHRASIS.

**S**i Clericus peregrinus ac ignotus sine literis commendatitias aduenerit, nisi per alias legitima testimonia, videlicet per testes fidem fecerit de ordinatione sua, non est permittendus in publico celebrare. Quod si vero aliquis secretò celebret, poterit sustineri.

## S V M M A R I V M.

1. *Sacerdos peregrinus, qui literas formatas aut commendatitias non habet, aliis autem legitimis documentis docere potest, se ordinatum esse, celebrare permittendus est, si fraudis aut flagitiosæ vite nulla suspicio subsit.*
2. *Idem peregrinus, si de eius ordinatione non constat per formatas, vel eas sufficietas habet, potest nihilominus adiungi ad celebrandum, non quidem in publico, sed secreto.*
3. *Episcopus prohibere etiam potest, ne presbyteri peregrini celebrare permittatur in ecclesiis Regularium alterius Ordinis, nisi ipse literas eorum yiderit, & examinari.*

**N**O T A N D V M I. *Sacerdos peregrinus, qui literas formatas, aut commendatitias non habet, quia v.g. ea in via amisit, si alijs legitimis documentis ostendat se ordinatum esse, celebrare permittendus est, si fraud-*

B b b 2 dis